

*Per-Eximio atq; Doctissimo*  
**DN. HENRICO CHRISTO-**  
**PHOROE BELIO,**

Philosophiæ Mathematicæ pariter ac Medicinæ  
Cultori maximè strenuo , præsentis Disputationis Au-  
tori simul & Respondenti paratissimo

Dn. Fautori & Amico suo dilectissimo.

*S. P. D.*

**ERHARDUS WEIGELIUS.**

**Q**uam arctè cohæreat Medicina cum Ma-  
thesi, vel ex consuetis medicamenta præ-  
scribendi formulis( Recepta barbarè dicūt)  
haut obscurè patet, in quibus nulla linea datur, imo  
ne verbum quidem invenitur, cuiuscunque quali-  
tatis herbarum lapidum ve denominativum, quod  
determinat à suâ ratione, quam Docti pariter ē  
indocti Quantitatem dicunt, sub certis mensura-  
rum characteribus numerisq; non sit definitum.

At qui Quantitatum scientiam, numerorum,  
mensurarum, ponderum, ē ut abstractè dicam, ra-  
tionis ē proportionis, in rebus quibuscunq; certam  
ē effectivam cognitionem, omnes ē Veteres ē Re-  
centiores uno velut ore Mathesin esse profitentur.  
Quid igitur prohibet quo minus Medicinam ve-  
ram ē non simulatam Mathesin esse fateamur. Sci-  
licet, ut in nulla datur in totâ naturâ virtus, qua de-  
nomi-